



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. IL. Neapolitana, seù Urbevetana successionis. De ambigua, seù
incerta ultima voluntate, quomodo debeat interpretari; Et præsertim de
vocabulo Sobrinos, quod Hispanico idiomate concepto, quid ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

NEAPOLITANA
SEU
VRBEVETANA
SUCCESSIONIS
PRO
ALEXANDRO, ET FAUSTINA,
CVM
DOMITILLA, ET BARTOLOMÆA,

Responsum pro veritate.

De ambigua, seu incerta ultima voluntate, quomodo debeat interpretari; & præsertim de vocabulo *Sobrinos*, quod continetur in testamento Hispanico idiomate concepto, quid importet, & an conveniat conjunctis per naturalem tantum.

S U M M A R I U M .

- 1 *F*acti series.
- 2 *F*De vocabulo *Sobrino* in Hispanico idiomate.
- 3 *L*icitem est adhibere autoritatem *Calepini*, & similiū pro significatione verborum.
- 4 *B*astardi attinentiam habent ex latere materno, non autem paterno.
- 5 *D*e invaliditate testamenti ob incertitudinem hæredis.
- 6 *P*rotestamen certificari etiam ex conjecturis, & adminiculis.
- 7 *D*e conjecturis, & adminiculis hanc certificatiōnem inducentibus.
- 8 *D*e eodem.

D I S C . II.

*J*annes filius Bartholomæi Flese Hispani, moriens in Civitate Neapolis de anno 1656, quando pessi ibi nimirum crudeliter graſlabatur, testamentum condidit Hispanico idiomate, in quo, factis pluribus dispositionibus in bonis, quas præsertim, ex parentum successionibus, possidebat in oppido Orbitelli, instituit Antonium fratrem, quatenus viveret, fin minus ejus *sobrinos*; Cumque sequita ejus morte, Domitilla, & Bartholomæa, ejusdem testatoris neptes ex Columba foro naturali tantum, utpote sub nomine *sobrinorum* venientes, obtinuerint per M. C. V. hæredes declarari, ab ista declaratione appellando ad Sac. Concilium, Alexander, & Faustina ejusdem testatoris consobrini, filii Isabellæ Iesus materteræ, obtinuerunt, pravia revocatione präambuli facti per M. C. declarari, quod dicta testamentaria disposicio, cùs conveniret, atque pendente reclamatio, de proprio sensu desuper pro veritate conclusus fui.

Respondi autem, quod probabilis videretur dicta Sac. Consilii determinatio, quodque successio, sive ex testamento, sive ab intestato, ob testamen- ti nullitatem ratione incertitudinis, dictis Alexander, & Faustina debita esset.

Licet enim, dubitandi ratio, ex eo proveniret, quod in Hispanico idiomate, sub *sobrinorum* nomine, significantur nepotes ex fratre, vel foro,

Card. de Luca P. I. de Testam.

quales erant Domitilla, & Bartholomæa, non autem consobrini, quales erant Alexander, & Faustina, qui in eodem idiomate primi hermani nun- cupantur, ut liquet ex ejusdem lingua vocabulariis, quibus etiam in causarum decisionibus, in testamentis interpretandis deferendum est, ut de fide præstanda *Calepino* super verborum intelligentia habetur apud *Franch. decis. 662. numer. 17.* Et de attendenda relatione peritorum in idiomate, super intelligentia verborum *Casur de Graff. decis. 17. num. 2. de probat. Otthobon. decis. 151. num. 6.* & in aliis.

Nihilominus, in hac facti specie, istud verbum *sobrino*, sive unos, sive alteros conjunctos significa- ret, convenire non poterat præfatis Domitilla, & Bartholomæa, utpote conjunctis per foro naturali tantum, quæ consanguinea erat ex latere patris; Bastardi enim, vel ex eis descendentes, dicuntur quidem de parentela, & conjunctione matris, ac attinentium ex latere materno, ideoque cum cognatis habent successionem activam, & passivam, aliosque civiles conjunctionis effectus; Non autem cum agnatis, seu conjunctis ex latere paterno, ex deducitis per *Peregr. de jur. scic lib. 3 tis. 18. numer. 26. latè Castill. tom. 5. contrav. cap. 67. num. 31.* Licet enim ad effectum beneficiorum de jurepatronis, seu ad alium effectum subsidorum dotalium, cum similibus, plures referat opiniones, an sub nomine conjunctorum, & attinentium, ve- niant bastardi ex latere paterno, seu descendentes ex eis; Attamen, ad effectum successionis (in qua juris civilis, non autem canonici termini, ac dispositio attendi debent) planum videtur, ut non veniant.

Unde præterea dicebam, quod intraret clarum dilemma; Aut enim dictum vocabulum præfatis consobrini conveniebat, & tunc testamentaria successio cùs debebatur; Aut non conveniebat, & tunc testamentum remanebat invalidum, ob careniā hæredis, seu ob incertitudinem personæ institutæ, ex iuribus quibus supra d. præced. unde propterea eisdem tanquam legitimis proximioribus intesta- sucessio debebatur; Verè tamen credebam, quod testata successio potius cùs coveniret, ex eisdem authoritatibus allegatis dict. disc. præcedent. præsertim ex decisionibus editis in ea causa impress. decis. 310. & 350. par. 10. recen.

Voluntas enim, quæ in verbis incerta sit, ex adminiculis, & conjecturis, aliisque extrinsecis probationibus certificari potest, quoniam immorandum non est in cortice, & figura verborum, sed spectanda est substantia voluntatis, ut in allegatis decis. 310. & 350. par. 10. ac etiam dec. 93. part. 7. recen. repetit apud *Dunozett. decis. 417.* ubi de verbo *Invenis*, ut conveniat etiam seni, in quo pinguis testatoris voluntas impleatur, & de quo ha- betur sub tit. de fideicom. præfertim disc. 45.

Ex facti autem circumstantiis, ac præfertim ex modo disponendi, liquid constare videbatur, quod testator, possidente in Civitate Neapolis pecunias, & geminas, ac argenta, aliaque mobilia per ipsum quæsita, de illis dispositi ad piosus pro ejus anima; De patrimonialibus vero, ex utriusque parentis successione obvensis, quæ in dicto loco Orbitelli possidebat, disponere voluit ad favorem eorum, quibus de jure successio debita erat, germani scilicet fratri, quatenus viveret, fin minus proximiorum, quos sub hoc generali *sobrinorum* no- mine explicare intellexit; ideoque ista videbatur substantia voluntatis, quæ verborum formalitati prævalere debet.

De LUCA
de
Testamentis
et ceteris
GVI
9

Duplici etiam considerabili circumstantia accedente; Una scilicet probati usus loquendi testatoris, quievens, præfatos legitimos coniunctos, *sobrios* quoque nuncupare solebat; Et altera, ex onere eis nominatim injuncto, faciendo celebrare mille missas pro ejus anima, concedendo plurium annorum dilationem, absque eo quod, (præter dicta bona patrimonialia,) supererent effectus, ex quibus impleri posset dictum onus, quod non nisi ex fructibus dictorum bonorum impleri ab eis poterat, unde propterea dilationem eis concessit, ut comodè id sequi posset; Atque ex his omnibus simul junctis, clara pro meo iudicio videbatur prædicta Sac. Consilii determinationis iustitia.

Tertia, ulteriore progressum non habuit, quia forte concordia illi finem dedit; Cumque Laurentius duplice jure veniret, Uno scilicet jure proprio, in vim dictæ institutionis, Ex altero ex persona ventum ab intestato in vim cessionis ab eis reportata; Hinc proinde, in his disputationibus, duo fuerunt puncti; Primum scilicet, super validitate secundi testamenti; Et secundum, quatenus istud esset invalidum super invaliditate primi, ut potest conditi ad favorem curatoris.

Quatenus pertinet ad primum; Certum erat, quod in terminis testamenti ad causas prophanas, illud substineri non poterat, etiam si non obstat Statutum Urbis plures enunciatum, sed procedendum esset cum terminis *texti*, in cap. cum esses de testamendum non aderant quatuor testes idonei, & conciles; Unde propterea totum jus secundi testamentarii restringebatur ad punctum, an dici posset dispositio ad pias causas, stante quod testator in junxerat onus effundendi Deo preces pro ejus anima; Verum id rejectum fuit; Et quidem probabilitas, adeo ut mihi pro Laurentio succumbente scribenti (reflectendo ad veritatem), probabiles vise fuerint resolutiones, quoniam cum dictus Laurentius non esset adeo pauper, quod ei eleemosynæ, seu pietatis causa congrueret, dum erat artifex, qui cum ejus arte decenter propriam personam, ac familiam substentabat; Et e converso concurreret motivum nimis familiaritatis, ac etiam spiritualis cognitions, hinc intrabat potius presumptio, ut ex his causis principaliter; non autem ex motivo pietatis, dispositio prodierit, ex deducitis in dictis *dis. 1. præs. 3. & plures in præcedentibus.*

Quare major, ac penè tota quæstio fuit super altero pancto, an scilicet substineretur primum testamentum à minore conditum favore curatoris; In hoc autem, negativam tenent *Castr. conf. 231. num. 2. vers. Ceterum, res malis exempli lib. 2. Duennas reg. 31. ampliat. 6. Rebnff. ad Conflit. Galliat. de donat. gloss. 3. Caldas. in l. s. Curatorem habens num. 27. ad finem, Cavalcan. de tute renum. 279. Montan. eodem tract. cap. 30. num. 8. Peregr. de iure Fisci lib. 2. tit. 6. n. 12. Mart. a voto 198. Menoch. conf. 1073. n. 6. Cancer. lib. 1. var. cap. 7. de tute num. 150. Bimius conf. 234. lib. 3. & alii relati per *Censal. ad unic. C. si quis Imper. maledix. § 23. n. 1. & seqq.**

Affirmativam autem, e converso protestamenti validitate tenent *Peregr. conf. 39. numer. 13 & seqq. lib. 6. Galuan. conf. 42. numer. 5. & sequen. Maria conf. 76. Costa Ticinum. conf. 26. numer. 1. & sequen. Gutier. de tutelis part. 2. cap. 14. num. 21. & sequen. Galganeri. ejus formalis transcriptor eodem tract. de tutelis cap. 54. Balthassar. de Tomasio tract. 8. de tute & curatore decade 4. tit. 19. c. 44. num. 4308. & alii relati per *Censal. ubi supra. Hodiern. contr. 14. num. 44. & seqq.**

Quidquid autem sit de unius, vel alterius opinionis veritate, ubi de articulo ageretur, academicè, ac in abstracto (quo casu in dubio admittebam probabiliorum videri opinionem pro validitate actus, quæ regulariter attendenda est, quoties reprobatio in jure non habetur expressa); Diccam tamen, ut ista videretur, potius quæstio facti, quam juris, ex singulorum casuum individuis circumstantiis decidenda; Si enim iste sinceritatem suaderent, tunc pro validitate respondendum esset, & hic erat casus, de quo agit *Peregr. dict. conf. 39. de testamento scilicet condito per constitutum in ætate 23. annorum, & qui ferè per decennium supervixerat in continuata benivolentia*

R O M A N A HÆREDITATIS DE BOISSON

PRO
LAURENTIO RONCONO
CUM
JACOBO FERRO.

Casus decisus per Rotam pro Iacobo, postea concordatus.

An valeat testamentum minoris favore curatoris; Et incidenter, an dicatur pium testamentum, quod sub commemoratione pietatis factum sit favore privati, cum quo alia ratio temporalis affectionis urgat.

S U M M A R I U M.

- 1 Actæ series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 An testamentum dicatur ad pias causas si fiat privato benevolo cum assertione pietatis.
- 4 An valeat testamentum minoris favore curatoris, referuntur variae opinione.
- 5 Quomodo ista quæstio decidenda sit, datur distinctione fraudis, vel sinceritatis.
- 6 Qualis debet esse probatio fraudis.
- 7 Revocatio testamenti quamvis non solemnis, ad quem effectum consideranda sit.
- 8 Et quod sit quæstio facti, pro iustitia qualitate decidenda.

D I S C . L.

Carolus Balthassar de Boisson, postquam testamentum considerat favore Jacobi eius curatoris, ex casuali vulnera lethali in venatione habito, morti proximus, coram aliquibus testibus, in ipso venationis loco dixit, hæredem instituere Laurentium ejus compatrem, ut memoriam haberet ejus animæ, atque pro eo Deo preces effunderet. Unde propterea, sequuta morte, Laurentius, in vim hujus ultimæ dispositionis, ab A. C. seu Prelato deputato, sententiam favorabilem obtinuit; Commissa vero causa 2 in Rota coram Albergato, contrarium favore Jacobi in primo testamento instituti, resolutum fuit sub diebus 1. Aprilis 1658. & 16. Iunii 1659. quarum resolutionum prima est impressa p. 12. rec. decis. 327. Commissaque deueni causa in eadem Rota coram